



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno CCCXLVII. ad annum CCCCI.

**Parisiis, 1644**

XXXVIII. Vt non liceat fieri translationes episcoporum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15256**

SIRICIVS PAPA. CARTHAGIN. III. ARCADIVS? HONORIVS? IMP. 491

ANNO CHRISTI  
397.

XXXV.

Vt scenicis atque histrionibus , ceterisque hu-  
iusmodi personis vel apostaticis , conuersis vel re-  
uersis ad Dominum , gratia vel reconciliatio non  
negetur.

XXXVI.

Vt presbyter inconsulto episcopo virgines non  
consecret , chrisma vero nunquam conficiat.

XXXVII.

Vt clericis in aliena ciuitate non immorentur ,  
nisi causas eorum iustas episcopus loci vel presby-  
teri locorum peruerderint.

XXXVIII.

Illud autem suggestimus , mandatum nobis ,  
<sup>\*Capuen-</sup> quod etiam in \* Capueni plenaria Synodo vide-  
tur statutum : non liceat fieri rebaptizationes &  
reordinationes , vel translationes episcoporum .  
Nam Cresconius Villæregiensis episcopus , plebe  
sua derelicta , Tubunensem inuasit ecclesiam ; &  
usque hodie commonitus , secundum quod statu-  
tum fuerat , relinquere eamdem , quam inuaserat  
plebem , contempsit . Aduersus istum , quæ pro-  
nuntiata fuerant , confirmata quidem audiuimus :  
sed petimus , secundum quod nobis mandatum  
est , vt dignemini dare fiduciam , quo iam , neces-  
sitate ipsa cogente , liberum sit nobis , rectorem  
prouinciae , secundum statuta glorioſissimorum  
principum , aduersus illum adire ; vt qui miti ad-  
monitioni sanctitatis vestræ acquiescere noluit ,  
& emendare illicitum , auctoritate iudicaria pro-  
tinus excludatur . Aurelius episcopus dixit : Ser-

De conse.  
dift. 4. Non  
licet fieri.

Concil. Tom. 3.

Qqq ij

uata forma disciplinæ, non æstimabitur appetitus,  
ANNO  
1550  
CARTA  
1550  
i. q. i. Peti-  
mus.  
si a vestra caritate modeste conuentus, recedere  
detrectauerit, cum fuerit suo contemptu & con-  
tumacia faciente, etiam auctoritate iudicaria con-  
uentus. Honoratus & Vrbanus episcopi dixerunt;  
Hoc enim omnibus placet. Ab vniuersis episcopis  
dictum est: Iustum est, Placet.

## XXXIX.

Afr. cap. 16. Honoratus & Vrbanus episcopi dixerunt: Et illud nobis mandatum est, vt quia proxime fratres nostri Numidiæ duo episcopi ordinare præsum- pserunt pontificem, non nisi a duodecim censeatis episcoporum celebrari ordinationes. Aurelius e- piscopus dixit: Forma antiqua seruabitur, vt non minus quam tres sufficient, qui fuerint destinati ad episcopum ordinandum, propterea quia & in Tripoli forte & Arzuge interiacere videntur barbaræ gentes. Nam in Tripoli (vt afferitur) e- piscopi sunt quinque tantummodo, & possunt forte de ipso numero vel duo necessitate aliqua oc- cupari. Difficile est enim, vt de quolibet numero omnes possint occurtere. Numquid debeth hoc ip- sum impedimento esse ecclesiasticæ vtilitati? Nam & in hac ecclesia, ad quam dignata est sanctitas ve- stra conuenire, crebro ac pene per diem Domini- nicam ordinandos habemus. Numquidnam fre- quenter duodecim vel decem, vel multo minus ad- ducere possum episcopos? Sed facile est mihi, duos adiungere meæ paruitati episcopos vicinos. Quapropter cernit mecum caritas vestra, hoc ipsum obseruari non posse.